Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

luto feras. Ne peream uidente misericordia oculorum
tuorum aspiciente clemencia uiscerum tuorum sed
euadam ad te dominum et deum meum ut uideam di
uicias regni tui et intuear faciem tuam semper et lau
dem dicam nomini tuo sancto domine qui facis
mirabilia qui letum facis cor meum misericordia tua.
Qui illuminas iuuentutem meam nec despicias se
nectutem meam sed iubilare facis omnia ossa mea
et reuiuiscere facis ut aquile canos meos. Et sic est finis.

Finis Soliloquii S. Aug.

Incipit sermo F. Bonauent. de Arbore ligni Vitae

Cristo confixus sum cruci.

VErus dei cultor christi discipulus qui
saluatori omnium pro se crucifixo
perfecte configurari desiderat, ad hoc
potissimum attencio mentis co
natu debet intendere ut christi ihesu
crucem ferat iugiter tam mente
quam carne quatinus perfectum
apostoli verbum veraciter ualeat in semetipso sentire. Porro
huius affectum et sensum is dumtaxat apud se vi
uaciter experiri meretur qui dominice passionis non
immemor nec ingratus laborem et dolorem amorem
que crucifixi ihesu tanta memorie viuacitate, tanto
intellectus acumine, tanta voluntatis caritate
considerat quod veraciter illud sponse proferre possit
eloquium: Fasciculus mirre dilectus meus mi
chi inter ubera mea commorabitur. Ut igitur in nobis
accendatur affectus, formetur cogitatus, imprima
tur memoria, ex ewangelii sacri silua in qua de uita
et glorificacione christi diffuse tractatur collegi studui
hunc mirre fasciculum quem paucis et ordinatis
et correspondentibus sibi uerbis compegi propter facilitatem
memorie necnon simplicibus et rudibus propter